



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### Expedita Juris Divini, Natvralis, Et Ecclesiastici Moralis Expositio

Tamburini, Tommaso

Coloniæ Agrippinæ, 1665

An laborans aliquo occulto defectu possit, eo tacito, ad Matrimonium  
procedere? parag. 10.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-40132**

## §. X.

*An laborans aliquo occulto defectu possit, eo tacito. ad Matrimonium procedere?*

*Et item, An tunc possit ad Sponsalium impletionem alterum compellere? Remissivè.*

Hæc denique ad complementum hujus Tractationis de sponsalibus est

sent inquirenda, sed, quia de priore à me factis tractatum est lib. 7. a in Decal. ideo, a Lib. 7. in vel illa lege, quæ ibi breviter perstrixi, vel Decal. 1. §. 2. ma. 6. pluribus agitata pete eadem à Sanchez, §. 6. b aliisque, à quibus etiam distinctè habebis de posteriore.

\* \*

*Finis Tractatus Tertii.*

# TRACTATUS QVARTVS DE CONSENSV PER VERBA DE PRÆSENTI:

IDEST

## DE MATRIMONIO, UT EST CONTRACTUS.

### CAPUT I.

#### De Natura Matrimonii.

##### §. I.

*Quid proprie veniat nomine Matrimonii?*

**I**N toto negotio Matrimonii, quatuor intercedunt, quæ ad rem nostram in præsentia faciunt. Primò, Contractus inter personas habiles, quo scilicet hæc consentiunt, atque ad eò se obligant ad mutuam corporum traditionem, in ordine ad sobolem generandam. Secundò, Ratio Sacramenti, quæ ex Divina institutione adest in prædicto consensu, hunc enim Christus Dominus elevavit ita, ut significaret, & conferret gratiam Fidelibus: quæ quidem ratio Sacramenti, brevi tempore durans, eo scilicet, quo ejusmodi consensus exhibetur, causa dictæ gratiæ eo modo est, quo pluribus explicant Theologi; nam Matrimonium non esse

Sacramentum in facto esse, judicio cum Castropal. a & cum aliis, probabilius. Tertio, Interventit vinculum perpetuum, quod remanet post ejusmodi consensum, & Sacramentum. Quarto denique, Interveniunt, seu consequuntur aliæ obligationes ex dicto consensu, scilicet servandi fidem conjugii, cohabitandi cum eodem, filios educandi, &c. hæc quidem duo postrema scilicet, vinculum, seu indissolubilitas, & dictæ obligationes, quæ subsequuntur, sunt effectus prædicti consensu, & prædicti Sacramenti.

2. Porro proprie loquendo, tum contractus ipse, seu mutuus consensus vocatur Matrimonium, tum vinculum prædictum. Hinc, quando Tridentinum b dicit, Matrimonium esse Sacramentum, intelligitur de dicto consensu, quando autem Eugenius IV. in c Decreto fidei dicit, consensum esse causam efficientem Matrimonii, & pari modo, quando Doctores dicunt, Matrimonium esse ex se indissolubile, esse perpetuum, esse effectum mutui consensu, intelligitur de vinculo: non est